

# SCRIPTA

---

**Numéro Scripta :** 9416

**Auteur(s) :** Hamelin de l'Ecluse [particulier]

**Bénéficiaire(s) :** Savigny-le-Vieux, Sainte-Trinité de Savigny (abbaye)

**Genre d'acte :** charte

**Authenticité :** non suspect

**Datation :** [1155-1187]

**Action juridique :** confirmation

**Langue du texte :** latin

## Analyse

Hamelin de l'Ecluse confirme la donation de Robert Boistart : une terre à côté du Grand-Chamossay. Pierre de Landivy qui avait épousé Denise, fille d'Hugues Moteir et héritière de Robert Boistart, ayant contesté ce don, les moines lui ont donné 40 sous d'Angers.

## Tableau de la tradition

### Original

A. Paris, Arch. Nat., L 970, n° 459 (et L 974, n° 852 ?).

## Dissertation critique

Transcription : Claude Groud-Cordray (Cartulaire de l'abbaye de Savigny ou Liber cartarum domus Savigneii, episcopatu Cenomanensi, n° XC)

### Texte d'après A

Fidelibus universis Hamelinus de Esclusa salutem. Notum sit omnibus fidelibus presentibus et futuris quod Robertus Boistart concedente Guillelmo filio suo pro salute anime sue et omnium amicorum suorum dedit in puram et perpetuam elemosinam monachis Savigneii quamdam terram juxta Chamoceium Magnum a vado, videlicet de Chamoceio sicut via dividit usque ad fossetum de Boistarderia at ab inde in transversum sicut fossetum dividit usque ad divisiam et a divisia desuper fossetum duas acras terre et a capite illarum duarum acrarum sicut fossetum juxta pratum corbesse dividit usque in ductum de Monte Charrei et ab inde sicut ductus ille dividit usque in ductum de Chamoceio. Porro cum Petrus de Landevi Dionisiam filiam Hugonis Moteir, que heres predictorum Roberti Boistart et Guillelmi filii ejus erat, duxisset in uxorem postea et adversus monachos Savigneii pro jam dicta terra movisset calumpniam, tandem omni litis fomite consopito prefati monachi et Petrus cum uxore sua coram me et coram Gaufrido fratre meo et multis aliis clericis et laicis apud Feugeroles in hunc modum pacis et concordie convenerunt : Petrus autem et Dionisia uxor sua omnem predictam terram monachis Savigneii concesserunt in pace libere et quiete in perpetuum possidendam nichil juris omnino et reclamationis in eadem terra sibi et heredibus suis in posterum retinentes ; ob hanc vero dimissionem et concessionem habuerunt Petrus et Dionisia uxor sua de caritate domus Savigneii XL solidos andegavensium. Ego igitur Hamelinus de Esclusa hanc donationem et elemosinam gratam habens totum illud quod michi de jure in illa terra competeat preter moltam monachis Savigneii dedi et presenti carta mea confirmavi. Testibus his, Gaufrido presbitero, Guillelmo et Ricardo diaconis, Gaufrido de Esclusa, Radulfo de Hautoneria, Mauricio et Odone de Esclusa, Evano de Thaboeria, Guillelmo Trigel et Rogero filio ejus, Renaudo preposito, Rogero fratre ejus, Ernulfo Garrel, Gautero Fauconer et aliis multis.